Judicio et officio Regni exonerand(um) toties quoties opus fuerit per omnes prae-
scriptiones Terrestres putà ad quamlibet personam Terrestris spectat et
pertinet praesenti tueri defendere evincere intercedere et liberare inde-
mnemque cum posteris reddere. Necnon bona praefata praesentibus per se reco-
gnoscentem donata ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus pro-
ribus et postenionibus in eisdem bonis praesentibus donatis factis et faciend(is)
tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona importatis et im-
portandis lucris denique et pluribus processibus iuris quibusvis in quo-
cunque puncto et gradu iuris dependentibus in quovis Judicio et officio Regni
obtentis et obtinendis in eisdem bonis praesentibus per se recognitum donatis pro-
ductis et producendis emundare ac liberare mundaque et libera semper face-
re ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in eisdem
bonis praesentibus per se recognitum donatis non denegare. imo tenebitur eandem
effectualiter dare et admittere dataque et admissa eadem possessionem et
usumfructum praemissorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis
submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere Ipsisque
donatariis suam et eius successores in eisdem bonis donatis tam in parte
quam in toto non iniuriari Ita ut eadem bona praesentibus donata idem
donatarius suus suis cum posteris quiete et pacifice praesentis suae
inscriptionis donationis vigore tenere et possidere queat. perpetuis ac
aeternis temporibus Idque sub vadio Sexingentorum florenorum pecuniae
polonicae per eos regnantes aut eorum successores praefatae Donatariae succ-
eiusque posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbentibus Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succum-
bendo ac pro se aliqua parte ex praemissis non completa complendaque
praemissis Citati existendo praenominati recognoscentibus aut eorum successores ad
instantiam praefatae Donatariae suae aut eius posterorum Coram Magnifico
Vicecapitaneo seu Burgrabio Castri praesentis Premisliensis nunc et pro tem-
pore existente ex tunc recessu supra scripto quoad vadium spectat me-

diante.

diante semper in primo citationis seu obdestinationis termino tanquam perem-
ptorio stare iuri parere motere vadium praefatum luere in scriptioni huic sa-
tisfacere ac omne iudicatum pati debebunt ac tenebuntur seque ac suos
successores ad eadem omnia obligant eunque terminum primum peremptorium
et alios omnes consequentes Causae eiusdem terminos semper perem-
ptorios nullis iuris coloribus dilationibus procrastinationibus motionibus
appellationibus earumque prosequutionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri
vera infirmitate vel simplici tum et dilatione ad quietationem non diffe-
rendo nec protrahendo imo hac in parte omnibus iuris remediis et be-
neficiis ac defensis sive de iure sive de industria humana excogitari
possibilibus uti abrenunciantibus sub suis suorumque totius et integritatis
sive Causae Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Quarta post Dominicam Quadragesimalem Inuocauit proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo. 12/III 1631

Chmielowski Srochowskiey Donat

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal(ibus) Premisliensibus
Generosus Petrus Chmielowski olim Generosi Joannis Chmielowski fi-
lius sanus mente et corpore existens a Terrestris districtibus iuribus iu-
risdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens Huic
autem Castrensi Capitaneali Premisliensi iuris dominio se cum successoribus ac bonis
suis quibus omnibus quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie
incorporans atque subiciens palam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse bona sua haereditaria videlicet totales et integrales sortes suas
hereditarias se recognoscens post olim praefatum parentem suum iure divino et na-
turali successione concernentes cum Curia et subditis Cmethonibus et horte-
lanis ad eadem bona antiquitus pertinentibus in villam Siankı in Districtu
Sanocensi consistentes Necnon cum iure patronatus praesentibus quorumvis bene-
ficiorum Ecclesiasticorum tam Ritus Romani quam et Graeci Cum omni

praemissorum iure Dominio et proprietate tituloque haereditario cumque omnibus et singulis eorumque bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis agris pratis campis pascuis sylvis Borris nemoribus gaiis rubetis indaginibus fluviis fluminibus rivis insulis littoribus torrentibus eorumque decursibus stagnis lacubus piscinis molendinis tabernis subditorum laboribus censibus dationibus obventionibus Decimis muniis obsequiis officiis universis aliisque subditis modo quovis proveniendi attinentiis et pertinentiis quibuslibet universis nihil ex praemissis iuris Dominii proprietatis tituli proventus accidentibus competentiis et praerogativis pro se et haeredibus successoribus aut aliis quapiam reservando seu excipiendo verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et extenditur et prout ac ipsemet regens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebat ac concernebat. Jamen nunc et de facto Gnoso Thomae de Grochowice Grochowski Dapifero Terrae Sanocensis et praesentis ... pura perpetua et irrevocabili donatione ... in eorum ... Petrus Chmielowski ... Gnoso Dapifero Terrae Sanocensis eiusque posteris Coram officio praesenti ... per se regentem donata dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos ipsi nunc ab officio praesenti additos dat quacunque voluerit officiose acceptandi ipsum donatarium suum ac eius successores bona suprascripta omnia praesentis per se regentem donata tenendi habendi Convertendi perpetuis et aeternis temporibus iure ac titulo haereditario. Debetque et tenetur praefatus Recognoscens Gnosus Petrus Chmielowski prout se ac suos successores in et super bonis suis quibuslibet omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus eundem Gnosum Dapiferum Terrae Sanocensis eiusque successores in eisdem bonis omnibus praesentis per se recognoscentem donatis et iure haereditario inscriptis et ratione eorumque ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque

Conditionis

Conditionis status et sexus existentium in omni Iudicio et officio Regni exoriundis personis Successores Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptionibus toties quoties opus fuerit haeri defendere evincere intercedere et liberare indemnemque et indemnes reddere. Necnon bona eadem praesentis per se regentem donata tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus in eadem bona importatis et importandis lucris decretis et pluribus processibus iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis in eisdem bonis productis et producendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam intromissionem praefatam Coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum dum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non denegare imo libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere. Ipsumque Gnosum Dapiferum Terrae Sanocensis ac eius successores in eisdem bonis tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari. Ita ut eadem bona praemissaque omnia praesentibus per se regentem donata idem Gnosus Dapifer Terrae Sanocensis suis cum successoribus quiete et pacifice praesentis sui inscriptionis donationis vigore tenere et possidere queat. Idque sub damnis Terrestribus simplicibus absque corporali iuramento taxandis per eundem regentem aut eius successores praefato Gnoso Dapifero Terrae Sanocensis eiusque posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbentis. Caeterum memoratus regens Gnosus Petrus Chmielowski se ac suos successores in et super bonis suis quibuslibet omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefato Gnoso Thomae Grochowski Dapifero Terrae Sanocensis inscribit et obligat praesentibus Inscriptionem praesentem donationem ex his Actis Castrensibus Premisliensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia

vel proprii Districtus viri perpetuitatis in se habentis ubi bona consistunt ante de-
cursum unius anni transferre et transportare sub similibus damnis Terrestribus
simpliciter absque iuramento corporali taxandis per eundem recognoscentem aut eius
successores suprascriptis donationis aut eius posteris ob non transportationem
inscriptionis praesentis pro tempore et loco suprascriptis ad solvendum
succumbendo. Vel etiam si id visum fuerit praefato Generoso Dapife-
ro Terrae Sanocensis praefatus Generosus Petrus Chmielowski eidem
Generoso Dapifero Terrae Sanocensis et ipsius successoribus vel cuivis
plenipotenti eius dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam
potestatem inscriptionem praesentem donationem ex his Actis Castrensibus Pre-
misliensibus autentice depromptam ad Acta Terrae Premisliensis vel proprii
Districtus viri perpetuitatis in se habentia ubi bona consistunt quan-
docunque voluerit transferendi et transportandi quae transporta tanti va-
lebit acsi per ipsummet recognoscentem transporta foret. Cui quidem transportationi
inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae praedictus recognoscens Generosus
Petrus Chmielowski se ac suos successores in et super bonis suis generaliter
omnibus ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis praefato
Generoso Dapifero Terrae Sanocensis ac eius posteris inscribit et obli-
gat praesentis non contradicturum imo eam pro rato et grato suscepturum.
Idque sub aliis similibus damnis Terrestribus simpliciter absque iuramento
corporali taxandis per eundem recognoscentem aut eius successores praenominato
Generoso Dapifero Terrae Sanocensis aut eius posteris ob contradictionem
transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae ad sol-
vendum succumbendo. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter
absque iuramento corporali taxandis ac re aliqua praemissorum non completa
complendisque praemissis citatus existens memoratus recognoscens Generosus
Petrus Chmielowski aut eius successores ad instantiam suprascripti
Generosi Thomae de Grochowce Grochowski Dapiferi Terrae Sano-
censis aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense vel Castrense Capitaneale Sanocense extunc recessu suprascripto
quoad venditum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam

peremptorio

peremptorio stare iuri parere videre damna praefata Terrestria levare inscriptioni
huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac
suos successores ad eaque omnia obligat, cumque terminum primum peremptorium
et alios omnes consequentes causae eius terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro maiori minoreve successorum legione intra vel extra
Regnum servitio militari adminimento et quibusvis aliis
quibusvis legalibus impedimentis et exceptionibus non differendo adqui-
etationem ultra priores terminos officii illius ad quod ex praemissis
citabitur dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes
ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel
tricatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praeferendo tenere vi-
bello conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non
subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Iidem inter se Roborant

Comparentes personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre-
misliensibus Generosi Thomas Grochowski de Grochowce Dapifer Terrae
Sanocensis ab una et Petrus Chmielowski ab altera partibus sani
mentibus et corporibus exentes a Terrestribus districtibus iuribusque iurisdi-
tionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic au-
tem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet
se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incor-
porando atque subiiciendo palam libere publice ac expresse recognoverunt
et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se suosque
successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarum habi-
tis et habendis praedictae partes recognoscentes utraque sibi mutuo et invicem una
pars alteri ac posteris suis inscribunt et obligant intercisam certam
inter se recognoscentes occasione quarumvis rerum et conditionum in eadem
intercisa contentarum de actu et data hic Premisliae die hodierna
confectam manibus recognoscentium subscriptam et sigillatam vadioque florenorum mil-
lium florenorum polonicalium firmatam in omnibus et singulis eiusque intercisae
conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentisque et nexibus
generaliter universis tam in toto quam in parte tenere complere atque
ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis totis